



1. De acquisitione domini ex lege
2. - praecognitione pauperum.
3. - hypotheca mobilium
4. - jure nullius.
5. - jure feminis.
6. de fractibus pendentibus.
7. non brachium vel Macht habens mag. Galgen in fucis.
8. non Naturam mag. et Machtmag. nicht gegen alle Frey.
9. de jure in re. 10. De fucis.
10. de exhereditatione et praeventione
11. de testamento impunito
12. de authortate principis circa testamenta
13. de testamento narratores.
14. de voluntate testatoris dubia.
15. De conditione proua rappent
16. de presumptione mortis.
17. De presumptione cunctarum factarum.
18. De jure uroa cunctarum factarum.
19. Nam laueret ore transfigur. bei Verlaue. C.  
n. und. Lamb. Pro A.
20. De chirographo

7. 9. 8. 9.  
DISPUTATIO JURIDICA  
DE  
**JURE IN RE**

QUAM  
DIVINA ASPIRANTE GRATIA ET  
SUFFRAGANTIBUS SUPERIORIBUS  
SUB PRÆSIDIO

VIRI NOBILISSIMI ET CONSULTISSIMI

**DN. IOHANNIS**  
SCHMIDELII,

J. U. D. ET PROF. PUBL.  
DOMINI PATRONI AC  
PRÆCEPTORIS SUI

ÆTERNUM DEVENERANDI, COLENDI,  
PUBLICO ERUDITORUM EXA-

MINI SUBJICIT  
**LEVINUS FRIDERICUS SACK,**

Minda-Welfphalus, A. & Resp.

IN AUDITORIO COELICO

Ad diem Ann. M DC LXXI.

---

ERFFURDIAE,  
Typis JOHANN-GEORG. HERTZII, Acad. Typogr.

ADMODUM REVERENDIS, NOBILI-  
BUS, CLARISSIMIS, CONSULTISSI-  
MISQUE VIRIS AC DOMINIS,  
DOMINIS  
**DECANIS, SENI-**  
ORIBUS, cœterisque  
CAPITULARIBUS  
Collegiatarum Ecclesiarum  
**MINDENSIMUM**  
AD  
S. MARTINUM & S. JOHANNEM.

*Dominis meis ac Confratribus*  
plurimum honorandis.

S. O.

**P**Uris in re materiam maximè intri-  
catam ac difficilem, difficultate  
nobilem, nobilitate utilē, utilitate  
gravem, gravitate denique in foro  
fre-

frequentissimam esse clariss est; quam ut aliqua confirmatione opus sit. Quid enim difficultius, quam abstrusam illam de prima rerum omnium communione dirimere controversiam? quid nobilis, quam jus in rerum hanc universitatem divina donatione humano generi acquisitum à suis fontibus repetere? quid utilius, quam rerum istarum ac juris in ipsis diversitatem, quidque dominium; quid hæreditas, quid servitus &c. sit, exacta mentis trutina expendere? quid denique in foro frequentius, quam jus illud in re nobis competens intentatis actionibus vindicare, ac contra illegitimum petitorem tueri? Cœterum cum tot tamque variæ circa illum hanc materiam Doctorum sint opiniones ac ferè intolerabiles dissensiones, operæ pretiū duxi, theses subsequentes ex certis juris textibus ac optimorum interpretum commentariis colligere, easque discussioni cathedraliæ subjicere, non ut eruditionem meam, quam in me perexiguam agnolco, vana ):( 2 ostendam.

2123HT

ostentatione prædicem, sed ut ingenii mei vires  
explorē, quid valeant, quid ferre recusent. Vo-  
bis vero Admodum Rever. Nobil. Clariss. atq;  
Consultiss. Viri, quicquid in his juris thesibus la-  
boris est ac industriæ, ea quâ par est animi mo-  
destia ac reverentia offero, dono, addico: sub-  
missa mente rogitans, ut tenue isthuc munuscu-  
lum ceu primum industriæ meæ foetum æqui  
boniq; consulere ac benevola mente interpre-  
tari velitis, &c, quo amore ac favore studia mea  
haec tenus fovisti, eodem me potro complecta-  
mini. Valete, diuque ac felicissime vivite!

*Admod: Reverend: Sc: Domi-  
nationum Vestrarum*  
devinctissimus  
**LEVIN. FRIDERIC. SAC.**

THESIS



## THE SIS I.

**E**xistentiā Juris in re, & utriusque tam Juris, quam Rei variis acceptationibus.

1. Dari aliquid Ius in re clarius est, quam ut de eo probando multum solliciti simus. Sic etenim in L.2. §.22 ff. *Vi Bon. Raptor*, inquit Ulpianus: *sive Vsumfructum in eā (re) habeam*, sive quod aliud Jus. Gajus hujus Iuris meminit in l.19 ff. *de damno inf. & L.30 ff. de Noxal. Aet. Sive aliquid in eā re Jus habeant*. Neque ad idem probandum deest Auctoritas Imperatoris in L.8. §.1. C. *de præscr. 30. et 40. annor. si vero nullum Jus in eadē re*. Sed sexenta alia, quæ hic adduci possent, loca prætermitto, quæ videri possunt apud Dr. Hahn. *Dissert. de Jur. Rer. Conclus. 9. n.1. seqq.* Probatur idipsum ex §.1. *Inst. de Act. & L. 25 ff. de Obl. & Aet. ab effectu*; *Ubi Actiones aliae dicuntur esse in rem, aliae in personam*: Omnis autem actio procedit ex aliquo iure, quod quis circa rem habet, tanquam cœnula efficiente proximā, sed actio in rem est actio; E. debet procedere ex aliquo iure; sed non potest ex alio, quam iure in re; non enim ex iure ad rem vel in personam, cum illud non sit proportionatum ad producendum talem effectum. Firma itaque manet Thesis, quod detur Ius in re; cum nihil operari possit, nisi existat.

2. Cum autem Ius pluribus modis dicatur juxta ICtum in L. pen. ff. *de Iust. & I.*, antequam in naturam ejus inquiramus, de Iuris vocabulo dicere nonnihil lubet, argumento l.1.

A

pr. ff.

*pr. ff. dicit. T.* Ius itaque vel propriè accipitur, vel metonymicè. Metonymicè vel (1.) sumitur pro arte Iuris sive habitu præcepta Iuris tradente & disponente, siveque coincidit cum Iurisprudentiâ *L. i. ff. de Inst. & I. L. 2. §. 40 ff. de Orig. Iur.* Quo sensu Iurisperiti, sive, ut interpretatur Goth. *ad L. i. ff. de Ass. Iur.* Iuris interpretes dicuntur Iuris studiosi *d. l. t. & l. 9. §. 4 ff. de par. l. 4 ff. de Variis & Extraord. Cog.* vel (2.) pro Iudicis sententia Ius ex legibus competens afferente vel Ci- vium Actionibus applicante, *l. pen. ff. de Inst. & Iur.* Sicque Index Ius dicit, licet inquam ferat sententiam; non enim hic relatio fit ad illud quod sit, sed quod fieri debebet. *d. l. pen. & l. 6. §. 2 ff. ad SCrum Trebell.* vel (3.) pro loco publico Iudicii, quo prætor salvâ Majestate Imperii sui Ius dicit, *d. l. pen.* vel ubi Iuris dicundis et iudicandi causa constituitur *in l. 4. §. 1 ff. de Interrog. in Jure fac.* Ibi enim Ius est, ubi Prætor sedet causam cognoscens sive domi sive in itinere *d. l. 4. Cujac. 4.4. Obs. 11. Bachov. ad Treutl. Vol. I. Dis. 4. Th. I. Lit. B. & D. Wil- semb. diff. 23.*

3. Ius propriè acceptum (1) significat id, quid justum est, non quidem in eâ significacione, ut solummodo comprehendat id, quod legitimum seu legibus est consonum, sed pro- ut sumitur pro eo, quod est æquale, vel potius quod nō est in- justum aut natura societatis ratione utentium nō repugnat, *Grot. I. I. c. I. n. 3.* Sicque hominem homini insidiari nefas esse dicitur in *l. 3 ff. de Just. & Jur.* (2.) denotat legem ad justa ob- ligantem *l. 9 ff. de l. fin. in fi. C. de LL.* (3.) Accipitur pro eo, quod corpori opponitur, ut cum dicitur hereditas, ususfru- ctus, obligationes in Iure consistere, eò, quod non consistant in corpore quodam *§. 2. Inst. de Reb. Corp. & Incorp. l. 66. § 6 ff. de leg. 2.* idque Iuris intellectu, ut inquit Papinianus in *l. 50 ff. de Hered. Per.* (4.) Significat facultatem moralem homini legitime competentem ad aliquid justè agendum vel haben- dum, quemadmodum in *l. 20. §. 1 ff. ad L. Aquilam.* dicitur *Ius mihi, id est, potestatem non esse &c.* Denique accipitur,

pro

ptō qualitate, quā res dicitur qualiter se habens, ut in l. n. ff.  
Quemadmodum Serv. amitt. l. 86. de V.S. Hac tamen qualitas non  
est causa efficiens Iuris in quarta significacione accepti, uti  
contendit D. Feltman de Jure in re & ad rem c. 1 n. 32. seq. Non  
enim ideo mihi competit facultas itinere per alterius prædi-  
um utendi, quia hoc tali qualitate est affectum, sed potius  
contrario modo ideo hac qualitas prædio inest, quia habeo  
facultatem sive contractu, sive alio quoconque modo mihi  
acquisitam aut Iure tributam fruendi hac commoditate iti-  
neris.

4. Res vel accipitur latissimè pro quolibet ente; vel adhuc  
strictius, ut comprehendat omne id, quod personis & actioni-  
bus opponitur §. fin. Inst. de Iure Nat. G. & Civil. sive Divi-  
ni Iuris sint, sive humani, nimirum totum illud, quod extra  
personas & actiones homini commodo aut usui esse potest,  
Vinn. pr. Inst. de Rer. divisi. Sunt autem illa vel in patrimo-  
nio nostro, vel extra illud, pr. Inst. de Rer. div. Quales sunt res  
sacræ, sanctæ, religiosæ, publicæ, communes &c. §. 8. Inst. d.  
T. De prioribus nobis hic sermo est, non vero de posteriori-  
bus, in quas privati jus habere nequeunt. Arg. l. 35. ff. de Obl.  
& Act.

5. Alia rerum divisio est, quā dicuntur vel Corporales,  
vel Incorporales d. pr. & r. Tit. Inst. de Reb. Corp. & Incorp. Illæ  
vel mobiles sunt, vel immobiles, l. 15. §. 2. ff. de Re Jud. Circa  
quas omnes jus in re versari constat, cum tam in rebus soli  
quam mobilibus aliisque constitui possit, d. l. 15. §. 2. & pr.  
Inst. de Inutil. Stipul. §. 2. Inst. de Reb. Corp. & Incorp. l. 11. 13. §. 1.  
l. 19. pr. ff. de Damno inf. l. 3. ff. de Obl. & Act. Dn. Struv. in Iuris  
pr. Rom. Germ. lib. 2. t. 1. n. 13. Quod etiam ex ejus defi-  
nitione & speciebus infra clarius ap-  
parebit.

## THEISIS II.

Proponitur Juris in re Definitio, causa efficiens tam remota, quam proxima, e-jusque species & effectus.

1. Varias dant varii Iuris in re definitiones, quæ tamen omnes non videntur probandæ. Quidam enim, dum natu-ram ejus explicare nituntur, pluribus eandem implicant dif-ficulatibus, magis obscuram dando definitionem, quam sit ipsum definitum; ut cum dicunt Ius in re esse, quod per pro-visionem, sicut Gomez. aut, quod de præsenti acquiritur, ut Decius & Menochius. Ius in re, est Dominium, inquit Frantz. ad §.1. Inst. de Act. n.9. Sed non melius; si enim sit Dominium, vel erit strictè & propriè dictum, vel tale latius acceptum, ita ut omnes Iuris in re species complectatur, de quo Th. seq. Non illud, quia sic hæreditas, servitus &c. à Iure in re excluderentur. Non hoc, quoniam difficultas non tollitur, sed potius synonimum aliquod exprimitur, de quo eadem redibit quæstio, sive obseurum per æque obseurum definitur. Iuxta alios ius in re habet is, cui servitus debe-tur, & creditor, cui Pignus; sed hi enumerando quasdam saltem Iuris in re species, dividunt potius, quam id ipsum definiunt, Molina Tom.2 de Iust. & Iur. Tr.2. D.2. n.1. quem se-quuntur Lugo, Thabor, aliisque; ius in re assertit esse illud, quo ipsa res nobis est devincta; Vallenensis § 2. nu. 3. in proemio ad Decret. & cum eo Layman, Lessius, quod tribuit actionem realem. Sed & hi minus bene; cum effectum potius ponant, quam definitionem; res enim nobis est devincta, & actio re-alis tribuitur, quia ius qualicunque tandem modo in eâ ac-quisi-vimus; non contra.

2. Dismisiss itaque hiscealiisque definitionibus, *Jus in re* dicimus esse facultatem moralem homini in re competentem, quæ res ei propria esse dicitur. Dixi [1.] *Facultas*; id est po-testas

testas legitimè concessa §. fin. Inf. dell/serfr. Dn. Struve Jurispr.  
Rom. l.2. t.1. n.15. non quidem semper perfectè de re, in-  
quā ius habemus, disponendi, eandemque pro iubitu distra-  
hendi, aut alienandi, sed cam ita sibi habendi, ut alteri ius si-  
mile in eadēm competere nequeat, ac semper contra quem-  
cunque aut nullum, aut insirmius ius habentem tutus sit (2.)  
*In re competens*; per quod distinguitur à Iure ad rem, cuius  
objectum immediatè est persona vel ex contractu vel delicto  
aliove modo rem nobis præstare obligata, ex quo etiam a-  
ctio non in rem sed in personam, quam personalem dicimus,  
oritur l.25. §.1. l.34. §.3. ff. de Obl. & Act. leg. 20. ff. de Noxal. Act.  
(3.) *Nobis propria*, quo immediata illa juris relatio designa-  
tur, quæ est inter personam, cui ius in re competit, & ren-  
ipsum, quæ illius potestati ad liberam & legitimam utendi  
disponendi que facultatem proximè ac citra suppositionem  
concessioneis aliena subjicitur. Dn. D. Schmidel. Disputati-  
onis hujus Præses mihi semper observandissimus ad Schor.  
*Examen Differt.* II. In qua proprietate formalem juris in re  
rationem consistere non frustrâ dixeris. l.69.70. S. tff. de Uf-  
fruct. l.13. ff. de acq. rer. dom. l.52. §.10. pro sociis l.7. C. de Quest.  
Dn. D. Strauch. de Imp Mar. c.2. §.1. Grot. de Mari libero l.5.

3. Jutis in re causa efficiens remota est vel ius Gentium.  
vel Civile, l.23. ff. de Rei Vind. l.7. pr. ff. pro Emptore l.3. ff. de  
Ufucap. l.1. §.1. ff. de acq. poss' ree. tit. Inst. de Rer. Div. l.9. §.3. ff.  
de Acq. Rer. Dom. Zœl. d. t. n. 6. lac. Gothof. ad l.20. C. de P. act.  
Quamvis enim proprietas rerum solo Iure Gentium pri-  
mum as ratione essentiæ introducta & secundum varias ejus  
acquirendæ causas recte rationis judicio distincta sit, l.5. ff. de  
I. & I. non tamē his obstat, quō minus etiam civilis potestas  
in singulis civitatibus, ac inter cives suos vi potestatis emi-  
nentis peculiares causas designare ac recipere potuerit, quæ  
legitimum acquirendæ proprietatis titulum pariter præsta-  
rent, arg. l.6. pr. ff. eod. Quod quidem in Rep. Romanâ fa-  
ctum esse, extra dubitationis alcam constituit §. II. Inf. de R.

D. leg. l. pr. ff. de A. R. D. d. l. 6. in princ. Ant. Cont. lib. i. Diff.  
6. 12.

4. Causa juris in re proxima neque ratione acquisitionis originarie, neque derivative est sola acquirendi voluntas quamvis sufficienter significata; unde nec sola conventione id acquisiveris, quamvis ea id agatur, ut alter jus suum inter velit translatum, v.g. sibi vendat aut donet rem suam, nullum tamen in ea vi solius contractus aut conventionis ius consequeris l. 20. C. de pactis l. 50. ff. de Rei Vind. l. pen. C. eod. quia nemo ex ratione iuris nostri facto suo ius in re acquirit, nisi illam ex voluntate ejus, cuius potestatis subjecta est, apprehenderit, aut possessionem sit načus l. ii. ff. de R. I. arg. d. l. pen. & l. 15. C. de Rei Vind. l. i. pr. ff. de a. vel A. P. Cujus rei illud insuper argumento est, quod ex conventione non nisi obligatio oriatur, l. i. pr. ff. de Obl. & A. P. cuius substantia non in eo consistit, ut rem corporalem aut servitutem nostram faciat, sed ut alium nobis obstringat ad dandum aliquid vel faciendum vel praestandum, l. 3. ff. d. tit. l. 8. C. de Haec red. Vend. Unde constat nullum contractum aut conventionem per se esse productivam iuris in re; & licet per mutuum videatur transferri Dominiū, non illud tamen sic praeſē vi contractus seu conventionis, cuius præcipua ratio in duorum in idem placitum consensu consistit, l. i. pr. ff. de Pactis, sed per alienationem aut traditionem ad talem contractum requisitam; & inspecto solius accipientis facto, quo rem ex obligatione quæſitā debitam & per traditionem acceptā cum sua voluntate sic conjungit, iulus in ea sibi acquirat l. 3. §. 3. ff. de acq. vel Amitt. poss. Atque hæc non tantum principiis iuris civilis, sed ipsi quoque Gentium consentanea esse arbitramur. vid. Fr. Hotoman, quæſ. illuſtr. II. Dissent. Grot. lib. 2. c. 6. n. 1. ibid. Zigler. & Ostander.

5. Juris itaque in re causa efficiens proxima regulariter est occupatio vel traditio rei facta ex causa Gentium vel civili jure probata, d. leg. 20. Cod. de pact. l. 13. ff. de Acq. Rer. Dom. l. 15. & pen.

*& pen. Cod. de Rei Vind. D. Struv. Syntag. Iur. Feudal. cap. 7.  
Apb. 2.* Intelligimus autem hic per traditionem non solum factum tradentis, sed quatenus ei conjungitur factum accipientis seu apprehendentis, argum. leg. 55 ff. de Obliv. & Aet. Traditio autem alia est propria, rerum sc: corporalium, arg. leg. 45. §. 1. ff. de Acq. rer. dom. Quæ iterum vel vera est, vel ficta; vera convenit rebus tam mobilibus, cum res de manu in manum traditur leg. 3. §. 3. ff. de Acq. vel Amitt. Poss. quam immobilibus, cum eo fine in illas inducimur, ut in posterum ad nos pertineant l. 1. pr. l. 3. §. 1. ff. d. t. Ficta, quæ fit per fictionem, ut vulgo loquuntur, vel brevis manus l. 9. §. 5. ff. de Acquir. Rer. Dom. l. 43. §. 1. ff. de Iure Dot. l. 2. pr. ff. de Acq. vel Amitt. poss. l. 8. ff. de precari l. 6. ff. de Don. l. 6. pr. ff. de Evict. l. 15. ff. de Reb. Cred. Quò pertinet, si quis constituit se rem, quam antea proprio nomine, nunc alieno possidere, l. 18. pr. ff. de Acq. vel Amitt. poss. Tiraquell. tract. de Confit. poss. vel per fictionem longæ manus, si res è longinquo tradendi animo demonstretur l. 1. §. 21. leg. 18. §. 2. leg. 51. ff. d. t. l. 79. ff. de solut. item si detur signata pro re signata l. 9. §. 6. ff. de Acq. Rer. dom. §. 44. Inst. de Rer. divisi. l. 1. §. 21. ff. de Acq. vel Amitt. poss. l. 74. ff. de Contrah. Empt. vel si fiat traditio per Epistolam l. 77. ff. de Rei Vind. l. 1. 4. §. 1. ff. de pign. & hypot. &c. In quibus tamen omnibus actu quodam corporali sive antecedente, sive concomitante opus est. Alia denique est Analogica seu quasi traditio, quæ est rerum incorporalium l. 6. §. 1. ff. si serv. vind. l. 20. ff. de Servir. l. 3. pr. ff. de Vtfr. l. 3. §. 2. ff. de Aet. Empt. Non solum autem vera, vel ficta rerum corporalium, sed etiam quasi traditione incorporalium Ius in re acquisi, patet ex dd. rr. & §. 44. seq. Inst. de Rer. divisi.

6. Dixi, regulariter Ius in re per traditionem aequiti; fieri enim potest, ut ex singulari legis dispositione ob causæ vel persona favorem talis traditio Iure Civili non requiratur, ut in l. 1. C. comm. de Leg. l. 6. Ver. si quis C. de Bon. qua liber. S. l. Inst. per quas personas. Atque cum suppositione ejusmodi legis acci-

acciendū, quod dicitur in l. 1. de pign. *Acl.* pignus nuda conventione contrahi; ubi tamen non de pignore proprio dicto, sed de hypotheca, qua nudo consenserit, sermo est, Mozius *ad t. de pign. col. 1. n. 9* seqq. D. Brun. *ad l. 1. n. 1. ff. de pign.* *Acl.* ex qua tamen nihilominus jure prætorio creditori jus in re & actio realis acquiritur, ne alias finis hypothecæ, crediti nimirum securitas, l. 2. ff. *de Reg. Iur.* ob omissam rei traditionem frustretur, vid. Molin. *de Just. & I. tom. 1. tr. 2. dis. 2. n. 8. l. 1. ff. de pign.* *act. l. 17. §. 2. ff. de pat.* Sed his & similibus casibus non tam sine traditione acquisitum dici potest jus in re, quam potius Legem sine ullo actu corporeo intercedente traditionem fingere, quæ fictio tantumdem operatur in casu ficto, quantum veritas in casu vero.

7. Iuris in re speciem nonnulli unicam tantum, sc: Dominium statuunt, de quo videri potest Mölenbec. *cent. 3. divis. 24. lit. B.* Alii duas, alii plures, qui vero vel in defectu peccant, vel in excessu. Quapropter nos mediam tenentes viam quinque statui: us: Dominium, Hæreditatem, Servitutem, Pignus, Possessionem cum Dn. Struvio *Exerc. 4. tb. 88. Exerc. 46. tb. 65.* Hahnio *in dis. concl. 33. ad Wessemb. parat. ff. de Iud. n. 4.* In Dominium quidem omnes nobiscum consentiunt, nonnulli & in possessionem. Cur autem Servitutem, ceterasque allegatas species excludant, non video; cum, nomen Iuris nō solum his æqua ac Dominio passim tribuatur in jure nostro, uti patebit ex seqq. verum etiam illi opponatur. Sic in l. 12. §. 1. ff. *de acquir. poss.* alia dicitur proprietas (sive Dominium) alia possessio l. 1. §. 2. ff. *ad SCtum Syllaniatum* aliud Servitus, aliud Dominium; l. 1. §. 3 ff. *de remission.* pignus à Dominio separat, adeoque distinguit l. 1. ff. *de domno infesto.* Hæreditatem l. 4 ff *Comm. Divid.* Dominium autem esse jus in re, probatur ex l. 23 ff. *de Rei Vind.* l. 2. §. 1. ff. *de Serv. Vind. §. 4. Inst. de Viffr. Servitus & pignus Ius esse in re nominatum dicuntur in l. 30 ff. *de Noxal.* *Acl. l. 13. §. 1. l. 19. ff. de Damn. inf. §. 2. Inst. de Acl.* De Iure Possessionis vide l. 12. §. 1. l. 24. pr. ff. *de Acq.**

de Acq. vel Amitt. poff. l.2. §. 18 ff. Nequid in loco publ. l.5. §. fi. C.  
de liberali causa, sed non magis hinc cum Bachovio, aliquisque  
excludendum jus Hæreditatis per l.5. §. 5 ff. de his qui dejet. vel  
eff. l.6. pr. ff. de Relig. & sumpt. fun. id quod ulterius ex effectu  
Iuris in re apparebit.

9. Est autem is effectus hujus Iuris, ut producat actio-  
nem realem, qua quis intendit rem suam esse §. 1. & seqq.  
l. de actionibus leg. 14. §. 2. ff. de except. re judic. leg. 25. pr. ff.  
de O. & A. cuius naturæ non tantum est rei vindicatio, qua ex  
dominio oritur, quamvis haec interdum secundum excellen-  
tiam nominis generis appelletur in l.1. §. 1. l.2. & 3. pr. l.4. pr. ff.  
l.3. l.10. & passim C. de R.V. sed etiam actio confessoria, qua  
quis servitutem §. 2. l. de action. l.5. ff. si usus fr. pet. leg. 2. §. 1. ff. se  
serv. vindic. item Serviana vel quasi serviana, qua pignus, ceu  
jus in re à dominio distinctum l.19. §. 1. ff. de Dam. inf. §. 7. Inf.  
de action. adhac interdictum retinenda, quo jus possessionis  
§. 4. l. de interd. l.2. ff. uti posid. denique ipsa etiam hæreditatis  
petitio, qua hereditatem quis suam esse intendit l.10 l.18. §. fin.  
l.19. ff. de hered. perit. Quæ sanè actiones formaliter non alia  
re differunt, quam causa earum proxima, in qua quæc; sepa-  
ratim fundatur: quæ proinde indubitate actionum diversi-  
tas non potest enim non ex diversis ac distinctis speciebus  
Iuris in re oriri.

10. Ceterum quia species istæ in genere suo conveniunt,  
earum differentiam specificam hic quoque non ignorare  
oportet. Pendet autem illa haud dubiè precisè ab objecto &  
diversitate rerum, quæ proprietati post distincta rerum do-  
minia supponi cæperunt. Res enim alia universalis est, alia  
singularis. Universalēm hic intelligo, quæ per se talis est, non  
qua per accidens. Unde non aliam hujusmodi rem univer-  
salē agnosco quam solam hereditatem; non duas cum D.  
Feltmanno, de Lin.R. & ad R. cap. II. num. 22. seqq. qui dotem  
computat, lexque adeò species Iuris in re recentet. Quæ de  
re nō nihil seq. cap. Singularis est certum aliquod corpus, sive  
mobile,

mobile, sive immobile. Hæ res porrò considerantur dupliciter, vel secundum substantiam, quo respectu res singulæris objectum ad æquatum constituit dominii in specie ac propriè sic dicti. l.13. §.1. in f. junct. l.13. & leg. 33. ff. de dann. inf. vel secundum accidentia civilia, quibus vel rem habere ac detinere, idque aut simpliciter & ut suam, aut vice & in securitatem alterius; vel fructus aliarè commoda ex ea percipere licet; quæ subtili ratione à re ipsâ abstracta, aliisque, quam quorum ipsæ res sunt, tributa res incorporales (quæ à corpore, ut dixi, abstractæ.) Utis vocantur §.1. Inst. de R. C. & I. ac pro varietate sui facultatem quoque hominis, cuius intelliguntur separatum objectum esse, ita distinguunt, ut tam diversæ species juris in rem inde prodeant, quorum alio possesso, alio pignus, alio denique servitus nostra esse dicuntur. Sed jam singulas species obiter ac stricili videamus.

### THE SIS III. De Dominii Divisione, Definitione, & Rei Vindicatione.

1. Sumitur Dominium vel latè, ita ut omnes Iuris in re species sub se complectatur, & æque latè patet, ac Ius in re. Unde Hæreditatis Dominium dicitur in l.48. ff. de Hered. Inst. §. ult. Inst. de Hered. qual. & Diff. Ususfructus aliarumque servitutum Dominium asseritur in l.3. ff. §. Ususfr. pet. l.8. pr. ff. de Reb. Aut. Iud. poss. Nov. 22. c. 45. Sutholt Diff. l.7. Apb. 36. Weissemb. de Inoff. Test. n. i. de Rei Vind. in f. n. 5. Possessionis Dominium ex l.2. C. de probat. statuitur à Dn. Struvio Exerc. 42. Tb. 23. & ab eo citatis Cujac. in l.21. pr. ff. de Acq. poss. Borchholz. tr. de poss. c. 6. n. 47. Vel in specie & magis propriè pro prima & Excellentiori Iuris in re specie, ceterisque speciebus opposita; quemadmodum sumitur in Th. præced. & probatur ex l.13. §. 2. C. de Judic. l.19. ff. de dann. inf. l.12. §. 1. ff. de Acq. vel amiss. poss. l.4. pr. ff. Comm. Divid. Dixi; Excellentiori specie, cum Laymanno

manno Theol. mor. 3. Sess. 5. ex. l.c. 4. n. 1. Ex eâ enim ceteræ species tanquam suo principio fluunt, & ab eo quasi initium ducunt; qui enim rerum suarū dominus est, is regulariter aliū haretēm facere, eique possessionem vel servitutem concedere, aut pignus cōstituere potest, quod de reliquisita dici nequit, l. 21. C. Mand. l. 1. C. de Sacro. Eccles. § 41. Inst. de Rer. divisi. pr. Inst. quib. non est permisſ. fac. test. l. 18. ff. de Acq. poss. l. 18. ff. de pign. Act. 2. Feud. 8. V. Rei autem.

2. Dominum in hac strictiore significatione primò vel verum est vel fictum, quod sc. vel acquisitum esse vel nondum amissum, cùm tamen verè acquisitum nō sit, aut revera amissum, fictione Iuris negativâ vel positivâ ex æquitate intelligitur, quodque habentibus Prætor Publicianam in rem aut rescessioriam actionem accommodat. t. i. ff. de publ. in rem Act. § 3. seqq. Inst. de Act. Deinde vel plenū est, quod competit proprietatē, à qua utendi fruendi facultas per cōstitutū usumfructū in separata nō est, habentibus; vel minus plenum, quod proprietarius habet; alio interim usumfructum possidente. Denique aliud directum est, aliud utile, quod ita dicitur non tantum ratione utilitatis, quod h̄z ipsum solum sequantur, qui posterius habet; alio qui enim nulla inter illud & usumfructum foret differentia; sed vel ideo in primis, quod ipsa facultas in rem ipsam corporalem secundūm partes potentiales cum quadam subordinatione inter utrumque dominorum divisā sit, unam verò tantum partem fructus & utilitates sequantur. vid. Arum. disp. 8. b. 7.

2. Dominum strictè sumptum est Ius in re Corporali, quo illa alicujus est propria l. 13. de Acq. rer. dom. Ex quo jure regulariter fluit effectus in liberā de re illâ disponendi facultate consilens, prout natura ipsius dominii id patitur. l. 21. C. Mand. l. 9. C. de Judeis l. 11. 14. C. de Contrab. Empt. l. 1. C. de Sacro. Eccles. l. 9. § 3. ff. de Acq. rer. dom. test. tit. ff. pro derel. l. 11. in fin. ff. s̄ serv. vind. Timaz. Faber. Anniv. disput. 12. sit. 1. Lud. Molin. de Just. & Jur. l. 2. disp. 3. Qui tamen effectus ab exercitio

etio & actu secundo s̄epe iustis de causis impeditur, salvā  
ipsā dominii essentia, Anton. Faber .d loc. Sic enim licet lex  
Ælia Sentia liberam manumittendi facultatem minoribus  
25 annis non permittat, veri tamen sunt domini servorum;  
neque minus furiosus, quam mentis compos, infans quam  
major rerum suarum Domini esse censentur. Semper enim  
verum manet, quod jus proprietatis in rebus suis retineant,  
id est, sic cas sibi habeant, ut nullus eodem modo has ipsas  
habere possit. *Dixi (z.) In re corporali, per quod formaliter*  
*distinguitur à Jure rerum incorporalium, ut hæreditate, ser-*  
*vitate &c, ut ex superioribus liquet.*

4. A Dominio ceterisque iuribus in re ius dotum ab-  
strahere, sive sextam juris in re speciem adstruere voluisse  
Dn. D. Feltmannum cap. II. num. 22. seqq. Et tot. c. 18. antea indi-  
gitavimus. Quæ res jam paulò penitus inspicienda, cùm  
præsertim à communī dñm opinione longius recedat, quo-  
rum vix quisquam jus mariti in dotem à dominio ac re-  
liquis iuribus in re specie distinctum afferuit. Et quei potue-  
runt etiam tot evidenterissimis juris nostri locis contradicere,  
quibus non tantum jus illud disertim dominii voce, si in re  
corporali consistit, exprimitur, sed & ea marito cōceduntur,  
quæ soli huic speciei juris in re propria sunt, nec alii uspiam  
tributa adparent, Ita in l. 13. §. 2. ff. de FunDO tal. & l. 23. C. de jur.  
dot. dotale prædium sic accipitur, cùm dominium marito qua-  
scum est; ipsius esse dicitur §. 1. Inst. quib. al. non lic. leg. I. §. 2. ff.  
pro dot. l. 18. §. 1. ff. sol. maritim. l. 7. §. 3. ff. de jure dot. dotis datio-  
ne dominium mutatur, l. quoties. 47. §. ult. ff. de pec. causa dotis  
perinde habilis est ad transferendum dominium, ac ven-  
ditio, donatio, permutatio, §. 41. I. de R. D. marito soli reivin-  
dicatio tribuitur, uxori vero ob mariti dominium denegatur  
ab Imp. in leg. 9. C. de R. V. cùm etiam contra ipsam uxorem  
ea ipsi competit l. ob res. 24. ff. de act. rer. amot. datur ei quo-  
que condicō furtiva in d. l. 24. & actio legis Aquilia. Letiam  
18. §. 1. in fff. sol. maritim. quas nemo, nisi dominus, habere  
potest, l. 1. ff. de condicō furt. l. eum, qui 14. §. qualis. 16. ff. defurt.  
litem

Item Mela, l. 8, legi 6, ff. ad L, Aquil. ipse præterea liberà dē  
re dotali dilponendi, eamque etiam alienandi potestate gau-  
det argum. pr. Inst. quib. alit. vel non unde etiam servum sibi  
in dotem datum, eundemque hæredem institutum jubere  
potest, ut vel adeat hæreditatem, vel repudiet, leg. servus 58, ff.  
fol. matrim. eundem & manumittere, leg. 21, ff. de manumiss.  
l. 3, C. de jur. dot. atque sic jus patronatus in ipsum cōlequi po-  
test, leg. 3, §. 2, ff. de suis & legit. & ne etiam pariter res immo-  
biles jure dominii sui alienaret (qua enim alioqui prohi-  
bendi ratio fuisset) speciali lege Julia opus fuit, l. 4, §. t. 1, ff. de  
fund. dot. tenentur bona dotalia fisco ex causa primi licet e-  
rorūq; munerū ac onerū municipaliū nomine l. 3, C. deprimi-  
pil. l. 3, C. ne ux. pro mar. Quæ omnia necessariā inferunt domi-  
nium, quod in re dotali corporali maritus habeat, jusq; adeo  
ejus ab hoc iure in re specie distinctū nō esse, dotēq; esse titu-  
lum seu caufam, per quā verum alicui dominium acquiratur.

5. Necquicquam contra hæc excipit Vir doctissimus [i.]  
Dominii vocem sape latius accipi pro alia specie juris in-  
re à dominio in specie sic dicto distincta. Respondeo, sed  
priùs constare debere, id, quod nomine dominii exprimitur,  
esse peculiarem juris in re speciem; quod hic de dote non  
constat; deinde vix alicubi, v.g. hereditati vel servituti ita  
absolutè appellatio dominii tribuetur, ut doti, sed ut facile ex  
argumento & materia legis peculiaris vocis significatus adap-  
pearat. Vide ab ipso d. trac. cap. 11, num. 28, citatam leg. 8, ff. de  
reb. aut. jud. poss. & l. 3, ff. si usfr. petat. Nam l. 14, §. 3, de castr. pe-  
culi, ibidem allegata nihil huc pertinet. Lex autem 48, ff. de  
solur. & l. 13, §. 2, de fund. dot. petunt id, quod est in principio.  
Quidn̄ vero, inquis cum Dn. Feltmanno, de hoc jure sepa-  
rato confet, cūm de Iure dotium integri in Pandectis & Co-  
dice tituli habeantur? Verūm hoc ipsum in quæstione est, an  
hoc jus dotium peculiare jus in re sit à dominio distinctum.  
Plane melius de jure, quam de dominio dotiū hos titulos im-  
scribi omnino fateor, sed non idē, quod hoc jus peculiare in

re, sed quod non semper sit dominium, verum interdum & usufructus &c. l.7. §.12 ff. de jur. dot. prout vel res corporalis in dotem data, vel incorporalis. Ceterum ut id non constet, vel hinc evidentissime colligitur, quod quilibet species juris in re speciale quoque & distinctam actionem realem producat. Atqui actio, quam maritus ad persequendum jus dotis habet, non est a ceteris actionibus distincta, sed vel rei vindicatio, vel actio confessoria &c. Porro cum supra ostenderimus, species juris in rem per objectum formaliter distinguuntur; illa rerum distributio ostendet, nullum locum relictum esse doti ad producendam peculiarem & sextam speciem. Sanè enim objectum dotis non est res universalis, cum res singulares eodem modo in dotem dari, quo v.g. donari soleant, &c. si rerum universitas detur, id fiat per accidentem; res autem singulares non saliter dari possint, quam ut vel ipsa rei substantia in maritum transferatur, vel saltem utilitas rei fruendi facetas. Ibi dominium consequetur, hic usumfructum. Nec obstat, quod in l.1. §.4. ff. de dot. preleg. universalis dotis singulis corporibus opponatur. Hinc enim non statim conficitur, dotis objectum esse rem universalē; quod ipse negat Hahnus ad Wesembec. ff. de Jur. dot. num. 2, quamvis ibi dotem per jus universale definiat, & id eo sensu hand dubiè accipiendum, quo in l.5. §.1. ff. de impen. in R. Dfac. non corporum, sed dotis diminutio per necessarias impenas fieri dicitur. Corpora scil. integra manent, non dos; quod omne subtili juris ratione, singulari dotis favore, introductum, & huic fini praesciè accommodatum, ut soluto matrimonio, quo dominium dotis expiravit, & maritus indemnis praefetur, & uxor tamen res in dotem datas cum augmentis suis integras recipiat, quod absque ejusmodi temperamento non tam commodè fieri potuisse. Conf. leg. 8. C. de Jur. dot. Extra hoc igitur dotem non temere communī jure aestimabimus.

6. (2.) Nihil juvat Virum Excellentissimum, quod in  
l. 30.

l.30. C. de jur. dor. dicantur res dotales naturaliter permansisse  
in dominio uxorii; duos autem in solidum esse non posse.  
eiusdem rei dominos l.19. §. 3. ff. de casfr. pec. Sanè non possunt  
eodem modo, eodemque respectu, possunt tamen diverso,  
qualis hoc loco dominium mariti à dominio uxorii distin-  
guit. Uxor scil. naturaliter manst domina, naturaliter, in-  
quit Feltmannus, id est, verè. Ego contrà, qualitercumq. Pro-  
batio Feltmanni est à particulari, cui oppono l.9. §. 7. ff. de pe-  
culio. & definitionem peculii à Theophilo traditam, quod sit  
naturale patrimonium, Φυσικὴ στοιχία, quibus locis manifestè  
innuitur, hanc vocem nō semper habere tales ēst p̄p̄t̄v, sed  
interdum merum factum exprimere à jure ejusque effectibus  
abstractum. Et si ergò non aliud uxor haber constantē ma-  
trimonio dominium, quām naturale, verè nullum habet, pa-  
riter ut nec servus verè & quoad effectus civiles quicquam in  
bonis habet. Inutile enim est dominium domino, cui nul-  
lum dominii effectum tribuit jus civile. Atqui constante ma-  
trimonio omni dominii effectu caret uxor. Et quomodo,  
quæso, dominium hoc, si verum sola haberet mulier, non a-  
liquando se diffunderet in effectum? Verum hæc prolixius  
exequi non vacat. Non malè interim laudatus ante a D. Hahn,  
§. i. n. 7. hoc uxorii dominium ita explicat, ut uxor intelligatur  
domina esse κατὰ τηρόλην θεωρίαν sive per anticipationem, qua-  
tenus soluto matrimonio dos certò ad eam redditura sit ipso  
jure, sine retrotraditione, atque ita ob spem illam certam-  
habeatur pro eo, ac si jam de praesenti rediisset, fictione ju-  
ris translativa. In quem sensum optimè etiam interpreta-  
bimus textus reliquos leg. 30. subjectos, l.3. §. 5. ff. de minor. l.4.  
ff. de coll. l.71. ff. de erit. itemq; l.un. §. 5. C. de R. V. A. de quath. 22.  
7. (3.) Nullius momenti est, quod nihil maritus acquirat, nisi  
quod sit in fructu l.un. §. 9. C. de R. V. A. l.8. ff. de fund. dor. l.7. §. 12.  
ff. sol. matr. unde fructuari illū magis simile videris; & quod  
dolū ac culpā præstare teneatur, l.24. §. 5. ff. sol. matr. quā nemo  
in re sua præstat, cùm quisq; etiā re suā abuti possit. l.25. §. 11.  
ff. de

*her. pet. l. 21. C.* mand Respondeo enim, maritū omnino omne ex dote acquirere jure dominii, sed non sine onere restituendi, resoluto jure dominii. Et hoc singulare habere dotem, ut reliqua præter fructum accessiones ipsam augent. Ceterū & fiduciarum dolum ac culpam præstare teneri, *l. 22. §. 3. ff. ad SCum Trebell.* cum tamen interim verè dominus sit rerum hæreditariarum, antequam dies vel conditio, ex quibus fiduci-commisſū relictū, existat. Illud verè planè insubtile est, quod [4.] negavit vir aliqui valde subtilis, maritum rei vindicationem perinde habere, ac tutorem nomine pupilli, cum tamen hujus vindicationis causam statuat ipse hoc ipsum jus, non quod uxor, sed quod maritus in re habet. Erit ergo illud proprium jus, non tale, quale est tutorum. Sed satis de hisce ac fortasse nimium. A dominium revertimur.

8. Ex dominio oritur rei vindicatio, quæ vel sumitur latè (ita ut respondeat Dominio latè accepto) pro qualibet Iuris in re assertione seu actione reali *§. 15. Inst. de Act. r. 1. ff. 5. serv. wind. l. ult. ff. de Act. pign. l. 25. ff. de Obl. & Act. l. 16. §. 3. ff. de pignor. & hypot. l. 7. C. de Obl. & Act. Struve Exerc. n. 1b. 3. ibiq; citati, & sic accepta vindicatio adæquatè opponitur conditioni seu actionibus in rem *d.l. 25. l. 23. ff. de R. V. §. 15. Inst. de Act.* vel propriè & strictè accipitur pro Actione reali, quæ ex Dominio strictè dicto oritur & est *Actio in rem*, qua de minus rei corporalis intendit se dominum declarari & consequenter rem sibi cum omni causa restituiri. *l. 1. §. 1. l. 17. §. r. l. 31. seq. leg. 66. 73. ff. de R. V. l. 27. §. 2. 4. ff. de Auro & Arg. leg. §. 1. Inst. de Act. l. fin. C. r. v. Amot.* Hæc iterum vel directa est, quæ ex verbis legis verum & plenum dominij habentibus competit *l. 1. ff. 5. Ager Pet. l. 23. 73. ff. de R. V.* D. D. Strauch, *diff. 22. de Action. Apb. 2.* vel utilis, quæ ex equitate naturali & interpretatione Legum datur illis, quorum aut etas, aut imbecillitas, similisvè fragilitas frequentioris lesionis aut concussioni metui est obnoxia; ut pupillo & minori ad rem sui pecunia*

cuniā emptam l.2. ff. quando ex facto Tui. Mulieri ad res pe-  
cuniā à te marito donatā ab eo emptas l.55. in f. ff. de Donat.  
inter Vir. & Vxor.

7. Datur hæc actio contra quemvis possessorem, sive ani-  
mo affectuque domini rem possideat, sive nudè detineat  
dummodo restituendi habeat facultatem l.9.36. ff. de R. V. l.25.  
ff. de Obl. & Aet. primario ut rem corporalem, sive mobilis sit,  
sive immobilis, corpus aliquod certum, an universitas, scil.  
facti, ut Grex, (non autem Iuris, sicuti est Hæreditas) cuius le  
dominū actor esse afferit, restitutus; secundariò datur ad hoc,  
ut actor recipiat omne id, quod rei principali accessit v. g.  
per alluvionem l.34. ff. de R. Vind. itemq; causam leg. 17. §. 1. ff.  
eod. & fructus post litem contestatam perceptos, vel qui ho-  
neste percipi potuerint §. 2. Inst. de Off. jud. l.5. l. 22. Cet. de R.  
Vind. verbo: omne id, quod Actor habiturus fuisset, si res  
ei litis contestata tempore redditia fuisset (leg. 20. ff. d. t. l. 75. ff.  
de verb. signif.) Et tantum de dominio.

#### THESES IV.

#### De Divisione, Definitione, Causâ, & Effe- ctu Hæreditatis.

1. Egimus de Dominio, nunc de Hæreditate, altera Iuris  
in re specie, differendum. Sumitur itaque Hæritas vel Ob-  
jectivè pro eis; quod à defuncto relictum est, sive rebus hæ-  
reditariis, que in bonis defuncti fuerunt; atque eas rursus vel  
ut universitatè significat, sive ut totum aliquod intellectuale,  
incrementū recipiens & decrementum l.178. ff. de V. S. sive ut  
singulas tit. ff. Expil. hæred. Vel formaliter ita ut Ius ipsum  
hæreditarium, sive facultatem, ex quâ illud, quod reliquit de-  
functus, ad nos pertinere & nostrum esse dicimus, quemad-  
modum accipitur in leg. 13. 10. ff. de hæred. per. §. 2. Inst. de Reb.  
Corp. & Incorp. D. Struve. Exerc. 10. tb. 42. seqq. Vel deniq; effe-  
ctu pro successione in universum Ius defuncti seu actu,  
quo succeditur. l.24. ff. de V. S. l.62. ff. de R. I.

C

2. Est

2. Est autem hæreditas formaliter accepta Ius sive legitima potestas in universis rebus & bonis à defuncto relictis per quam ea nostra esse dicuntur. Ius ponitur loco generis, eique cum dominio, servitute &c. est commune per l. 5. §. 5. ff. de his, qui deceperunt vel eff. l. 6. pr. ff. de Relig. & sump. fun. l. sim. §. 1. ff. pro suo Hahn. ad Wessemb. de hered. per. num. Idem de Jure Rer. concil. 64. n. 1. Quod sit Ius in re, probatum est supra, & hoc patet vel inde, quod producat actionem realem, l. 9. ff. de Hared. per, quod infra latius patebit. Dicitur (2) in universis rebus & bonis defuncti: per quod intelligitur dominium rerum hæreditariorum l. 37. ff. de Acquir. hered. alia Iura defuncti, ut nomina d. l. 37. l. 23. ff. de Acquir. posse, actiones personales & reales §. 1. Inst. de perp. & temp. Act. exceptiones l. ult. ff. de Except. Rei vend. l. 9. ff. de probat. Neque referat, bona defuncti fuerint propria, an non, ut res ei commoda datae deposita, pignori datae l. 19. ff. de hered. per. l. 3. §. 3. ff. Comm. Et per hæc à dominio ceterisque speciebus distinguitur. Cum autem nonnulli Ius hæreditarium cum dominio confundere conentur, paucis contrarium ostendamus.

3. Differt itaque Dominium ab Hæreditate, quod illud sit rerum singularum l. 1. pr. & §. 3. l. 23. ff. de Rei Vind. Contrarium in Hæreditate ostendit §. ult. Inst. per quas person. & iCtus in d. l. pr. ubi, cum actu esset in pra. lego de hæreditate ait: post Actiones, qua de universitate (id est hæreditate) proposito est. Continet enim hæritas non solum res singulas aut corporales, earumque Ius in hæredem transfert leg. 37. ff. de Acq. hered. verum etiam Iura, nomina & omne Ius, quod defunctus habuit, sive in re propriâ, sive alienâ, d. l. 37. l. 23. ff. de Acq. poss. l. 19. ff. de Hared. petit. l. 18. §. 2. ff. eod. leg. 24. ff. de V. S. l. 62. ff. de R. I. Unde etiam hæres per petitionem hæreditatis non intendit, se dominum declarari, cum rei apud se depositâ, pignori datae &c. dominium non habeat, sed res hæreditarias sibi restitui d. l. 18. §. 2. & l. 19. l. 10. pr. ff. de hered. nec, qui convenit, hac actione, se tuerit exceptione contra

tit dominium opposita, sed contra Ius hæreditarium, Cu-  
jaciūs l.10. obſt. Pròbatur denique ex utriusque Iuris effectu  
ſeu actionibus, quarum una ex domino orta eft Vindicatio  
ſpecialis & merè in rem §.1. Inst. de Adl. l.1. Inut. l.28. ff. de Rei  
Vind. Altera verò, petitio Hæreditatis, mixta eft, ſicut inf. vi-  
debiimus.

4. Causa hujus juris eft Testamentum vel Lex ſive l2. Tabb.  
ſive alia quædam aut confititio l.1. ſeqq. ff. de Hered. pet. leg. 2.  
ff. fam. her. l.3. §. 2. ff. pro Socio. l.130. ff. de V. S. Applicatur au-  
tem ius hæreditarium hæredi extraneo qui additionem hæ-  
reditatis, iuo verò quoad actum primum per ipſam legem,  
quoad ſecundum vero per immixtionem. Sanè enim per a-  
ditionem hæres acquirere dicitur hæreditatem & ius in'uni-  
versis bonis defuncti §.5. Inst. de her. qual. leg. l2. ff. de Aequir.  
hered. Vacon. à Vacuna l.3. decl. 48. n.16. Aditur autem hæ-  
ditas vel verbo vel facto, dum uitur rebus hæreditariis, vel  
aliâs pro hærede ſe gerit, quod non ſemper appetet, ſed ex  
facti qualitate & circumſtantiaſis eft diſpiciendum; unde ſiquis  
agat, quod non niſi hæres agere poteſt, ſive circa totam hæ-  
reditatem, ſive circa ejus partem veluti accipiendo aliquid  
quod testatoris voluntate tanquam hæredi eft relictum, hæ-  
reditatem totam adiiffe, ſicque Ius in universis defuncti re-  
bus acquisivisſe censendus eft leg. l. 10. 20. 80. ff. de acq. hered.  
Cum itaque ex facti qualitate animus hæredis intelligendus,  
& aditio non tam ſit facti, quam animi, ut inquit ICitus in d.  
leg. 20. hiac furiosus & qui uſu rationis carens, niſi vel ſuus  
vel neceſſarius patri dominovè exiſtat hæres, per ſe acqui-  
rere hæreditatem nequit, l.63. ff. d.t. Contrarium autem eft  
in ſurdo & muco ob diverſam rationem l.1. 93. ff. d.t.

5. Effectus hæreditatis eft ejusdem petitio l.1. §.1. ff. ſi pars  
her. petiri. Que eft actio universalis, mixta, bona fidei, quâ quis  
petit ſe declarari hæredem, & conſequenter hæreditatem ſibi re-  
ſtituiſſe l.3. 10. 12. 25. §. 18. ff. de hered. pet. Zcol. d.t. n.2. Eft actio u-  
niversalis non tantum ratione objecti, quod ſc. res ſingulæ,

quà tales, non petantur, sed universa bona defuncti l. 18 ff. de  
her. petit. sed etiam ratione causæ proximæ, iuris sc. hære-  
ditarii, quod universitatem quandam esse assertuimus, sup. §. 21  
& pr. ex l. 37 ff. de acq. hered. l. 62 ff. de R. I. Nec huic assertioni  
obstat, quod in l. 19 ff. de hered. pet. dicatur, servitudes hac a-  
ctione non peti, cum tamen per leg. 18 ff. eod. & d. l. 62, & d. l. 37,  
univerſa res defuncti in hoc judicium veniant: id enim de-  
iis solummodo intelligendum, quæ restitui possunt, servitu-  
tes vero, quæ prædiis hæreditariis debentur, à nemine possi-  
dentur, l. 1. §. 8. ff. quod legit. & consequenter nec restitui  
possunt; repetere itaque hæres potest prædia petitione hære-  
ditatis, & si in liberò territutum exercitio impediatur, con-  
fessoria, sive ut loquitur Iustus in d. l. 19. propriæ actione exp-  
rictur.

6. Mixtam esse hanc actionem diximus: per quod intelli-  
gitur, quod sit tam realis, cum oriatur ex Iure in re; quam  
personalis ob præstationes personales, quas suapè natural-  
nasci facit hæreditatis petitio ratione eorum, quæ ex hære-  
ditate venditā, aut ejus pecunia empta, aut culpa possessoris  
corrupta vel desperdita sunt, l. 20. §. 1. 2. l. 25. §. pen. ff. de hered.  
pet. l. 7. C. eod. Ubi enim alter adstringitur ad dandum aliquid  
vel faciendum, ibi est actio personalis l. 3. pr. l. 25. v. in personam  
ff. de O. & A. sed hic alter nimirum qui rem hæreditariam  
vendidit, &c. adstringitur ad pectum solvendum, d. l. 21. §. 2.  
ff. de hered. pet. Ergo. Est autem tam realis, quam perso-  
nalitis in thesi & natura sua intrinsecā, licet ex conditione  
objecti non temper ab utraq parte ad exercitium vel actum  
secundum producatur: unde colligitur, quod non ex acci-  
denti solummodo sit personalis, per se vero tantummodo  
realis, vid. Dn. D. Feltmannum, ibique citatos, c. 17. n. 15. Ut  
sit bona Fidei petitio hæreditatis, de quo olim fuit dubita-  
tum §. 28. Inst. de act. decisum est in d. §. 28. & l. ult. C. de hered.  
pet. Licet hæc qualitas non videatur convenire actionibus  
realibus, ex ea tamen parte accedit petitioni hæreditatis,  
sup. quā

quā & ipsa est personalis, Antonius Faber, leg. 14, conject,  
cap. 18.

7. Petitur hac actione hæreditas non formaliter accepta,  
ut est jus hæreditarium, quia hoc ante institutam actionem  
præsupponit esse in hærede, nec ab eo magis est separabilis,  
quam jus dominii è domino; verum obiectivè, res sc. hære-  
ditariae l. 18. in fin. & l. 19. pr. ff. de hæred. pet. Struve, Exere. 10.  
ib. 47. Instituitur vero contra illum, qui rem ejusmodi pos-  
fidet pro hærede vel pro possesso, leg. 9. & seqq. ff. de ha-  
red. pet.

8. Ceterūnū hujus juris species analogicæ sunt honorum  
possessio, quæ ipsa etiam in lata significacione hæreditatis  
nomine venit, l. ult. C. qui adm. ad b. p. poss. & hæreditas fidei-  
commissaria, postquam ex fideicommisso hæreditas restitu-  
ta; quæ utraque instar hæreditatis est, & ad ejus exemplum  
hæreditatis petitionem producit, sed qualiter se habentem s  
unde & quæ ex honorum possessione oritur, possessoria; quæ  
ex fideicommisso, fideicommissoria hæreditatis petatio, ap-  
pellatur, vide tit. ff. de poss. hæred. pet. & tit. de fideicommiss. ha-  
red. pet.

#### THESIS V.

### Divisio, & definitio servitutis, & actio cūm confessoria, tūm negatoria.

1. Transtūm nunc facimus ad servitutem: loquimur  
con de cā, quæ ex Iure Gentium originē trahit, quæ quis  
dominio alieno contra naturam subjicitur §. 2. Inst. de Jur-  
person. sed de cā, quam ad jus in re pertinere diximus supra:  
Ius nempe illud, quo res aliena quasi amissā libertate ad in-  
star hominis alteri servire dicitur: & quanquam hæ servitu-  
tes in effectu quodammodo convenient & qualitate passivæ,  
quod sc. sicuti servus utilitatibus domini servit, ita maihi vel  
prædio meo res aliena: differunt tamen in eo notabiliter,  
quod potestate in servum habeam Iure dominii & in re

propria, jus vero servitutis in re aliena, vi juris in re a domino distincti. l.43. in si. ff. de furtis l.25. q. r. ff. de V. S. Porro Servitus in posteriori hoc significati iterum accipitur vel efficiens ter pro specie Iuris in re, quod aliquid nostrum est, & in quo Iure actionem confessoriam contra quemque, liberum, servitutis exercitum prohibentem fundamus, ut in leg. 13. §. 1. l.19. ff. de damno inf. l.30. ff. de Noxal. art. Nec pro objecto hujus Iuris seu re ipsa incorporali, quae nostra est, & hac acti- one petitur tit. ff. si serv. vind. tit. Inf. de Rebi Corp. Differique a servitute in priore sensu, sicut dominium a re dominio subjecta.

2. Servitus est jus in re aliena corporali ad alterius utili- tatem constitutum, quo dominus rei pati vel aliquid non facere cogitur, quod citra servitutem pati non teneretur, nec facere prohiberi posset, leg. 15. ff. de servit. Dicitur i. Jus, id est facultas quadam homini Iure tributa ex re aliena utilita- tes & commoda vel immediate vel mediata, si nimurum prae- dio illius debeatur servitus, percipiendi. Et licet servitus Iuris portus videatur esse diminutio per leg. 1. §. 9. ff. de Oper. no. nunc, id tamen intelligendum non est de eo, cui res servit, ut in d. l. s. sed respectu subjecti passivi seu ejus, cuius res servit, cuius jus dominium, eidemque cohærens libera disponendi & utendi facultas hoc pacto tollitur vel immunitur. Quod jus in re sit servitus, patet ex l.30. ff. de noxal. art. l.13. §. 1. l.19. ff. de damn. inf. pr. Inf. de V. f. fruct. Indicat id ipsum etiam natura servitutum; cum semper ipsis rei, in qua sunt constitu- ta, inhærent §. 1. Inf. de Serv. Nec amittantur vel mutentur facto possessoris alteriusve eas impeditre conantis, l.17. §. 1. ff. de V. f. fruct. l.19. ff. quib. mod. ususfr. amitt. l.23. §. 2. ff. de Serv. P. R. Denique id patet ex actionibus eius nomine competen- tibus, quæ in rem dicuntur §. 2. Inf. de art. l.21. ff. si Serv. Vind. Requiritur ad constitutionem servitutis, ut aliquam utilita- tem aut commoditatem respiciat ac prestet, l.15. pr. de serv. Utilitas autem illa non tam stricte sumatur, quin etiam amo- nitas

nitatem sub se comprehendat, ut in servitute prospectus. l. 15.  
ff. de Serv. P. V. l. 3. §. 6. de in rem verso. Nihil autem interest,  
præsens illa sit utilitas; an futura, & qua saltem speretur,  
l. 19. ff. de serv. l. 8. §. pen. ff. si serv. vind. Vinnius tit. Inß. de Servit.  
predior. num. i. Unde lequitur; quod servitus omni tempore  
inutilis constitui nequeat, l. 15. ff. de Serv. leg. 8. §. pen. ff. si serv.  
vind. l. 28. seq. ff. de Serv. pred. V. & sic intelligenda est l. pen. ff.  
de Servit.

3. Actio, qua directe hinc oritur, est confessoria, qua  
est actio realis, qu servitutem sive personalem sive realem,  
seu Ius ex re alterius commoda percipiendi nobis cōpetere  
dicimus l. 2. ff. si serv. vind. §. 2. Inß. de ab. Daturq; ei qui servi-  
tutē vel sibi l. 3. pr. ff. si ususfr. petatur. vel prædio suo acquisivit,  
l. 1. §. 1. l. 5. pr. ff. si serv. vind. cuius prædii dominantis si habeat  
dominium directum, & directum haber hanc actionem, sin  
utiles altem, & utilis ei competit ex ratione & interpretatio-  
ne legis l. 16. ff. de Serv. l. 1. §. ult. ff. de superficie. Bachov. diph. 27.  
tb. 14. Non solum enim contra dominum datur, sed & con-  
tra quemcunque possessorum rei servientis, l. 5. §. 1. ff. si ususfr.  
petat. uti & contra eum, qui facit, quo minus quis uti frui re  
alienā possit, vel litti. se obrulit, l. 10. §. ult. ff. si serv. vind. l. 5. §. ult.  
l. ult. ff. si ususfr. pet. Datur ad hoc, ut iudex servitutem a-  
ctori competere declareret, l. 8. §. 4. ff. si serv. vind. reumque  
prohibeat ab omni impoferunt turbatione desistere, libe-  
ramque ex aliena commoditatibus percipiendi facultatem  
relinquere, l. 5. §. fin. ff. si ususfr. pet. l. 7. ff. si serv. vind. fructusq;  
& quod interrect actoris turbatum vel impeditum non fuisse,  
restituere l. 5. §. 3. ult. ff. si ususfr. pet. leg. 4. §. 2. leg. 6. §. 6. ff. si serv.  
vind.

4. Huic contraria est actio negatoria, qua est actio in-  
rem, qua rei nostræ libertatem asserimus, alterique in ea ser-  
vitutem deberi negamus, leg. 2. pr. si serv. vind. §. 7. Inß. de  
act. Fundamentum hujus actionis non est servitus, sed liber-  
tas rei; datur enim illi, cuius præmium vel res servitutem de-  
bere

bere dicitur, l.2.pr.l.4 §.7 ff. si serv. vind. contra quem is sese  
opponit & negat, alteri ius in eâ re competere, tuereturque rei  
sua libertatem, agitque de suo Jure, l.5. pr. ff. si ususfr. pet.  
quod non est servitus, sed libertas, Corasius ad l.6. ff. de servit.  
n.3. Struve Exerc. 12. th. 48. Exerc. 13. tb. 48. Competit adver-  
sus eum, qui in re nostra servitutem pretendit aut affectat;  
l.9. pr. ff. si ususfr. pet. l.8. §. 5. l.17. pr. & §. ult. si serv. vind. & quem-  
vis Dominum in libero rei sua ulo inquietantem d. l.5. §. ult.  
nec non contra eum, qui modum servitutis in re meâ con-  
stituta non obseruat ius ff. quemadmodum serv. amitt. l.14. §. 1. ff. si  
serv. vind. ad hoc, ut Iudex declaret rem suam esse liberam  
nec adversario ius aliquid in eâ esse constitutum aut deberi  
l.5. §. ult. ff. si ususfr. pet. tristusque cum eo, quod interest actoris  
se in libero rei sua usu impeditum aut turbatum non fuis-  
se, præstet reus l.4. §. 2. ff. si serv. vind.

## THESIS VI.

### Pignus Dividitur, Definitur, ejusque Actio proponitur.

1. Aggredimur nunc quartam Iuris in re speciem, nem-  
pe pignus: quod vel late accipitur ob similitudinem effe-  
ctus, ita ut etiam hypotheca sub eo comprehendatur, Vinnius  
ad §. 7. Inst. de act. n. 11. cum scil. non minus hypotheca, quam  
pignus ius in re tribuat & actionem realem d. §. 7. leg. 4 ff. de  
pign. & hypot. l.1. ff. de pign. act. l.17. §. 2 ff. de part. Quo sensu  
nominis tantum sono ab hypothecâ distingueatur in l.5. §. 1.  
ff. de pign. & hypot. Vel strictè seu secundum naturam pro-  
priam & ab hypotheca plurimum distantem. Pignus enim  
constituitur contractu & reali traditione l.9. §. 2. ff. de pign.  
act. d. §. 7. hypotheca autem iudicâ conventione seu pacto le-  
gitimo, quod ex auctoritate prætoris vim accipit, d. §. 7. & d.  
l.9. Licet autem non interveniat traditio de manu in manum,  
fictione tamen juris ea ad constitutionem juris in re interve-  
nisse à Prætore intelligitur, secundum superius tradita. Quod  
autem

autem nonnulli differentiam pignoris & hypotheca inde-  
petant, quod pignus, quasi à pugno dictum, in mobilibus,  
hypotheca vero in immobilibus obtineat; id perpetuum non  
est; cum etiam hypotheca in mobilibus, pignus in immo-  
bilibus traditione vera seu contractu reali constitui possit.  
Et in quo hypotheca generalis à speciali differret, nisi & ad  
mobilia extenderetur? *I. ult. C. de prescript. longi temp. Bart.*  
*ad l.9.n.5 ff. de pign. act.*

2. Pignus in latiori significatione iterum accipitur (1.)  
pro ipsâ re pignori datâ, ut cum dicimus, pignus esse tra-  
ditum, distractum &c. ut in tit. ff. de distractab. pign. (2.) pro  
contractu seu conventione pignoris, ut cum querimus qui-  
bus modis pignus vel hypotheca contrahitur, §.4. *Inst. quib.  
mod. re contrah. obl. l.1. §.ult. ff. de pactis.* (3.) pro effectu, id  
et Iure, quod ex contractu illo vel conventione in re mihi  
oppignorata consequor *l.25. ff. de pactis.* vid. Dn. Feltman.  
*ibique eitatos cap. 23. num. 2. Vallensem num. 2. addit. X. de  
pignor.*

3. Pignus sive hypotheca in hac ultima significatione est  
Ius creditoris in bonis debitoris ad crediti securitatem legi-  
time constitutum. Quod sit jus in re, probatur ex *l.30. ff. de  
noxal. act. leg. 13. §.1. leg. 19. ff. de damno inf.* cum rem conti-  
nuo sequatur, licet creditor eam nondum acceperit, aut ac-  
ceptam amiserit, conf. *leg. 11. §.2. ff. de bis, qui pot. in pign.*  
transeatque cum ea ad quemcunque possessorem *l.12. Cod. de  
distractab. pign.* per quod inter alia differt à fidejussione; licet  
enim creditor per eam acquirat securitatem debiti, non-  
tamen in re, sed in persona fidejussoris. Per hoc, quod sit  
creditori ad securitatem constitutum, formaliter differt ab  
aliis speciebus Iuris in re. Hinc colligitur (1.) pignus sine  
præexistente debito nullum dari, *leg. 43. ff. de solut.* Licet e-  
nimi pignus propriam, suisque limitibus circumscriptam ha-  
beat naturam, ea tamen sine præexistente debito concipi ne-  
quit.

D

quit. (2.) Si pignus tradatur, non requiri traditionem domini, sed nudam rei detinendæ facultatem, ut fide solutionis non servata illud distrahendi facultatem habeat creditor. Hinc nec possessio proprie dicta transit, ob paritatē rationis; & quod ad eam affectus domini requiratur §.4.v. fructuarius Inst. per quas personas, qui hic nullus esse potest. Unde possessiōnem quidem pignoris habere creditor facto vel naturaliter aut ratione alterius, non vero possidere dicitur in l.15. §.2. ff. qui satisd. cog. conf. l.36. ff. de acquir. pos. & sic intelligenda lex 35. §.1. ff. de pign. aff.

4. Tertius vel quilibet alius possessor pignoris credito-  
ri est obligatus etiam citra ullam conventionem aut contra-  
etum cum eo inituin, leg. l.2. C. de dist. pign. l.15. Cod. de pignor.  
& ita quidem, ut contra eum actio in rem hypothecaria in-  
stitui possit, §.7 Inst. de att. Terminæ, proces. cap. 25. num. 2.  
quaꝝ est actio realis, quaꝝ ex Iure pignoris constituto datur  
creditori ejusque hæredi contra quemcunque possesseorem  
ad rei oppignoratae restitutionem vel solutionem debiti dist.  
l.12. & l.15.18. C. de pign. Hinc creditoris conditionem nul-  
lo modo deteriori facere potest debitor, nec Ius rei oppi-  
gnorata eripere creditori sive vendendo, sive quocunque  
alio modo rem alienando, quin semper actionem hanc in-  
stituere possit, d. l.15.

## THEISIS VII. De Possessionis Etymologiâ, Divisione, Definitione, & naturâ inter- dictorum.

1. Quinta denique Iuris in re species est possessio, eu-  
jus Etymologiam, sive à sedium positione derivaveris cum  
ICto.

I Cte in iu leg.i.pr. ff.de acquir. poss. Donello s. comit. 6. ibiqz Hillig. L.A. Scipione Gentili aliisque, quasi possidere idem sit, quod posse sedere; sive à pedum positione cum Labeone secundum Gothofr. ad d.l.1. Alciat. i. dis. c.1. parum intererit, cum & non raro per positionem pedum possessionem, nanciscamur juxta l.3. §.5 ff.d.

2. Aliud est possidere, aliud in possessione esse l.10. §.1. ff.de acq.poss. sicut & aliud est servire, aliud esse in servitute. In possessione esse in specie dicitur ille, qui rem nude detinet non cum animo eam sibi habendi, sed potius ministerii vel custodiaz causa; ita predium detinere dicuntur colonus & inquilinus in leg.3. §.3 ff. de usucap. Procuratores, Tutores, Curatores, Amici, Hospites, Depositarii, in leg.1. §.20. l.3. §.12. l.9. §.8 42. ff.de acquir.poss. Quæ possesio valde impropriè accipitur vel potius nulla dicenda cum Hahn. ad Wesemb.num.3. ff.de interd. Nullum enim hincé possessoribus suis possessionis competit, cum illud sine animo, quo cuncta tandem modo rem sibi habendi subsistere aut concipi nequeat. Arg. l.1. §.3. l.3. §.3 ff.de acq.poss. Aliquando tamen abusivè possessionis vox his quoque tribuitur.

3. Hinc possesio magis propriè dividitur in naturalem & civilem. Naturalis, quæ potissimum in corpore consistit, leg.10. C de acquir. vel am. poss. est, quæ quis rem, non quidem cum animo affectuque dominii pleni, sed alia intentione detinet sive emolumentorum pereipendorum causa, uti fructarius, qui licet proprietatem verè non posse deat, leg. 10. insi. ff. de Acquir. rer. dom. leg.5. §.1. ff. ad exhib. l.15. §.1. ff. qui satisd. cog. §.4. Inst. per quas personas cuique acquir. à naturali tamen ejusdem possessione non est removendus per leg. 12. ff. de acquir. poss. Feltmannus, cap.24. num.13. ibique citatur; sive ob rei sua securitatem, quemadmodum creditor detinet pignus, leg.35. §.1. ff. de pign. act. leg.16. ff. de usucap. leg.37. Pr. ff. de Acquir. rer. dom. leg.1. §.15. ff. de acquir. poss. l.22. §.1.

D 2

ff. 45

ff. de Noxal. act. l. 13. §. 1. ff. de publ. in rem aet. l. 15. §. 2. ff. qui sat-  
tis d. cog. qui etiam in omnes causas possidere dicitur pignus  
excepta sola usucapiendi conditione l. 13. 16. ff. de usucap. quæ  
salva manet debitori, cum ejus intuitu illud possideat per-  
creditorem d. leg. 13 leg. 36 ff. de acquir. poss. sive uti emphyteuta  
d. l. 15. §. 1. Caroccius de locat. pag. 2. quæst. 80. num. 5. Vultejus  
num. 18. Inst. de interdictio.

4. Alia est possessio civilis, de qua nobis hic sermo ad  
quam non modo requiritur, ut detineatur animo sibi haben-  
di, sed insuper etiam affectus domini. Unde recte definitur,  
quod sit Ius rem detinendi cum animo affectu domi-  
ni. Cujacius 27. obs. 7. Donell. in leg. un. Cod. uti possid. num. 2.  
Borchholt. de acquir. poss. cap. 2. num. 12. Zcs. ff. de d. tit. num.

4. Quod sit Ius in re constat ex leg. 44. pr. ff. de acquir. poss.  
l. 2. §. 38. ff. nequid in loco publ. leg. 5. §. 1. ff. ad leg. Jul. de vi publ.  
l. 5. in fi. Cod. de liber. causa. Neque huic repugnat, quod pos-  
sessio facti esse dicatur in leg. 1. §. 3. ff. de acquir. poss. plurimum  
facti habere in leg. 19. ff. ex quib. cauf. mar. Possessio enim  
considerari potest vel secundum principia sui productiva sive  
ut est in fieri, & sic facti est. Br. ad l. 1. num. 2. leg. 23. num. 7. ff. de  
acquir. poss. Multa enim continet, quæ sine facto aliquo  
peragi nequeunt, ut est apprehensio rei corporalis, Unge-  
paur. Exercit. Iust. 6. quest. 5. in nego. Schneidewinus ad §.  
possidere Institut. de Interdict. numer. 9. Vel ut est jam in  
esse constituta, ipsamque rem afficit, facultatemque candem  
detinendi tribuit, & ita Iuris est, vel potius jus ipsum pos-  
sessionis, non factum, & hoc sensu leges sup. citatae ejus  
eneminerunt, Hahnii Dissertat. Select. 8. tbes. 3. Schneidew.  
ad loc.

5. Cum supra dixerimus, ex Iure in re oriri actionem  
in rem, non abs re erit, si videamus, an ex jure possessionis  
actio.

actiones in rem orientur. Sciendum autem est, interdicta,  
eaque varia, uti constat tam ex tit*Inst* quam D. tum generali,  
de interd. tum etiam specialibus, v.g. uti possidetis, quod vi aut  
clam, &c. auctoritate Praetoris nobis competere; qua licet  
ob solennitates, executionem, aliasque rationes differant ab  
actionibus; sub earum tamen nomine contineri quoq; respon-  
dit Ulpianus in leg. 37. ff. de oblig. & abt. Sic etiam actionum  
vox pro interdictis usurpatur in leg. 3 ff. de mort. infer. leg. 43.  
ff. ad L. Aquilam. Cum autem actiones aliae in rem sint, aliae  
in personam, s.u. *Inst*. de action. videntur est, ad utram  
classem referenda interdicta, ad priorem, an posteriorem.  
Tantummodo in rem esse, contendit Vultejus *Inst*. de interd.  
num. 45. eo, quod fundentur in Iure possessionis, quo solo  
probato interdictum à Prætore accommodetur, adeoque  
possessor aut in possessione defendantur, aut si vi inde  
expulsus, haec ei per interdictum unde vi restituatur; &  
licet contra personam aliquam concedantur à prætore; ni-  
hi lo tamen minus esse realia, quam sit rei vindicatio, quæ  
quamvis non aliter, quam contra personam intentari possit  
eo tamen ipso, quod in jure dominii fundatur, realis est. Sed  
huic obstat (1.) quod dentur interdicta, quæ in jure possesi-  
onis fundari nequeant; si quis enim occupata per alium pos-  
sessione, sponte eam cedat, aut vi repulsus eam amiserit, leg. 3.  
§. 8. leg. 25. in 6. ff. de acquir. possess. quomodo in eo is se  
fundabit, quod non habet? sed potius ob culpam vel do-  
lum adverbarii, vi dejicientis ad coercendam ejus insolentiam,  
accommodentur, leg. 15. ff. de vi. & vi. armata. Aliud  
est in dominio, quod quia, licet per mille manus ambulave-  
rint, dicente Iasone, non amittitur, ideoque rei vindicatio-  
nis potest esse productivum. Obstat (2.) si interdicta semper  
essent realia, essent rei persecutoria, & per consequens, con-  
tra quemcumque posidensem vel detinentem instituenda,  
quod quam sit falsum, indicat leg. 17. 15. ff. de vi & vi. Arm. l.

4. §.22. ff. de usucap. neque etiam perpetuo sunt personalia uti vult Gothofr. ad leg. i. §. penult. ff. de interdict. Wisembach, aliisque, quod probari videtur ex dict. leg. i. ubi I Cius dicit interdicta vi iuâ esse personalia; sed hinc non conclusit, possessionem non esse productivam actionum realium, non enim ibi sermo est de principio aut natura interdictorum, sed de vi, id est, illorum effectu, ut inquit Vultejus dict. loc.

6. Disting itaque an agatur de retinendâ possessione, an verò de acquirendâ; hoc casu personalia, illo autem realia esse dicimus; cum possessor in Iure suo, quod in te habet, fundamentum ponat, & vi illius contra quemcunque in liberâ possessione ipsum turbantem aut dejicere conantem se defendat,



AD

AD  
NOBILEM AC PRÆ-EXIMIUM  
DOMINUM  
**LEVINUM FRIEDERI-**  
**CUM Sacf/**

Paternæ juxtim ac fraternæ laudis virtu-  
tisque cum fratre juniore æmulum  
certissimum; doctissimæ

*De*  
**JURE IN RE,**  
DISSERTATIONIS  
**AUTOREM UNICUM**  
Amicum ac Auditorem suum con-  
stantissimum.

**S**us doctè enucleas, quod civi  
competit in re,  
Hinc re, non tantum nomine  
DOCTOR eris.

*avvædlaua*  
**PRÆSIDIS.**

Dum

DUm paginas scribis doctas de JURI-  
BUS IN RE,  
Ingenii monstras munera clara tui,  
IN REBUS veniant, Phaeton dum sive-  
ra dicit  
Apprecor ex animo, maxima jura-  
tibi.

Hic Nobilissimo Domino Respondenti, amico  
ac commensali suo plurimum honorando  
gratulari voluit

G. W. Teichmeyer/

CONmoda quæ pariat candor, quæ vita  
quieta,  
Improbus atque labor, nunc tua char-  
ta docet.  
Successum voveo felicem, det tibi iusto  
Tempore pro meritis præmia digna  
Themis.

Paucis hinc ex affectu singulari Nobilissimo  
hujus disputationis Auctori gratulatur  
ABRAHAM Bessel/ Minda-Westph.  
Quæ

**Q**uæ Themis alma tuæ fideicom-  
misit, amande  
Hoc tua docta probat jam disserta-  
tio SACKI.

Hisce Nobilissimo & Doctissimo Domino  
Autori de Jure in re erudite differenti  
amicitiam suam contestari voluit

NICOLAUS VVILHELM WALTER/

Egregium quod jam specimen das  
indole dignum  
Sit tibi principium laudis, hono-  
ris, opum.

Amica & votiva mens

JACOBI VVILHELMI UCKER-  
MANNI, VVanfridæ Hassi.

E

De

**D**E rebus claris vigili disquiris, amice,  
Cura, quod nobis publica charta probat:  
Sic igitur pergas, cœptum bene perfice cursum:  
Auguror, in patria mox quoque clarus  
eris.

Hocce amicitia intemerata Symbolum suo  
dilectissimo amico hujus dissertationis  
accurato compilatori ejusdemque de-  
fensori præstrenuo reliquit

**JOANN HENRIC. Meyer/**  
Hoya-Lüneburg.

---

**I**Ngenii dores dum magnas pandis Amice,  
Adsistat cœptis ipse Jehova, precor.

Festinanter sed animitus

**JOACHIM ANDREAS Kley/**  
Erff. Thuring.

---

**P**Ræclarum SACCUM cum patria chara vocaret,  
Is subito ex cathedra disputat ingenuè.  
Jura docens in re, doctrinæ juris in ipso  
Quantum sit, monstrat nunc Hieræ & Patriæ,

**H**æc Nobiliss. Domino Respondenti applaudendi ani-  
mo apposuit ejus officiosissimus convictor

**KILOB Lüdölf/ Erfurto - Thuringus.**  
Ius

**J**us, quod fraterno temet mihi junxit amore,

Me vetat officii dememiniſſe mei:

Præcipit ut multum toto tibi pectore grater,

Ausibus ac doctis deim pia vota tuis,

Sed quia difficiſſe deduco carmina plectro,

Votum prolixi carminis instar habe,

Scande bonis avibus, vīctor descendē cathedram

Incepturnque tuum Iova ſecundet opus.

Hæc pauſula fraterni amoris teſtificandi  
cauſa adjecit

JOHAN. HENRIC. SACK/

**C**Rede tuum ſtudium faciet tibi culmen honoris,

Tempore SACK que ſuo præmia digna feret.

Invitā minervā annexuit

THEOD. CASP. Schorlemer Amica manus.

**Q**uid ſibi vult tantum certamen, dulcis amice?

Quid ſic in cathedra prælia dira moves?

Scilicet eximia laudis famaque cupido

Impulit, ut certes nobiliore modo,

Et palmam referas multo ſudore paratam

Verſando varijs nocte dięque libros.

Sæpius hanc doctam porrò ingrediare palæſtram,

Sic tibi conſtabit nomen & omne decus.

Gratulor ex animo, voveoque ut tempore primo

Doctorem Temet Gvvestphala terra colat.

Paucula hacce Doctifimo Dn. Respondenti Amico maxime

Sufficiendo apponere voluit

J. H. Schröder.

60

**S** O recht! mein werther Freund/ laß deine Gaben  
sehen/  
**S** Die saurer Schweiß und Fleiß in dir hat aus-  
geheckt/  
Laß deinen klugen Geist noch immer höher gehen/  
Biß eine Ehren Krone dir deinen Scheitel deckt.  
Erfertigt hat dieses wenige aus schuldiger Pflichte  
seinem vielgeehrten Herrn Landsman Tischgo-  
nissen und Brüderlichen Freunde aussiezen  
wollen  
**Johan Jobst Zegeder** / Mind. Westph.

**A** pprecior ut labor in studiis & sedula cura  
Mox tibi pro merito commoda multa creent,  
Ne te pœnitiat tantum impendisse laboris,  
Hoc iterum voveo, percipe vota DEUS!

*Hic per eximio ac doctissimo Dn. Respondenti gratia  
lari voluit, debuit*

**JOHAN. FRID. von der Hoyas**  
Mind. Westph.

**FIDELINI S.** ist ohne 57

01 A 6575



R

Vd. 17



B.I.G.

Farbkarte #13



DISPUTATIO JURIDICA  
DE  
IRE IN RE  
QUAM  
NA ASPIRANTE GRATIA ET  
SUFFRAGANTIBUS SUPERIORIBUS  
SUB PRÆSIDIO  
I NOBILISSIMI ET CONSULTISSIMI  
V. JOHANNIS  
SCHMIDELII,  
J. D. ET PROF. PUBL.  
MINI PATRONI AC  
PRÆCEPTORIS SUI  
TERNUM DEVENERANDI, COLENDI,  
LICO ERUDITORUM EXA-  
MINI SUBJICIT  
INUS FRIDERICUS SACK,  
Minda-Westphalus, A. & Resp.  
AUDITORIO COELICO  
Ad diem Ann. M DC LXXI.  
EFFURDIAE,  
Typis JOHANN-GEORG. HERTZII, Acad. Typogr.